LIBER DEFINITIONUM ORDINIS CISTERCIENSIS

Stams (?), Wende 13./14. Jh. Seite 66r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31269
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

omnino cogantur. ¶ Similiter quelibet illis casibus incidit per quos monachi
vel conversi incarcerari solent sibi carceri mancipentur. Et quia ab
batisse capitulum generale non habent veniam de suis excessibus tam in
visitationibus quam alias quandocumque necesse fuerit coram visi
tatore petant. que vel ab ipso visitatore vel de eius precepto
proclamentur et corrigantur. Hic idem statuitur de correctione
monialium ordinis universi. De institutione abbatissarum et de capellanis et conversis monialium. Cap. iiij.

Lucerna splendida super candelabrum
sanctum et super etatem stabilem facies speciei. Nulla
ergo monialis ordinis in abbatissam promoveatur que tricesimum
annum etatis sue non compleverit. Si que vero in abbatissam assumitur
in domum diversi habitus eius quam invenerit in habitu se conformet. Cum
aliqua ad officium electa fuerit abbatisse, illud abbatissa
propria ei iniungere non omittat. ¶ Abbatisse vero tantum in proces
sionibus utantur baculo pastorali. ¶ Conversi autem monialium
expleto noviciatus sui anno in capitulo ipsarum ante analogium
venientes prostrati veniam petant et in brevi exposita
eis asperitate ordinis perseverantiam promittentes proprietati
ibidem abrenuntient et more ordinis consueto. Postea libro regule
super genua abbatisse sedentis apposito flexis genibus
et manibus super librum positis dicant: Promitto vobis obedientiam
usque ad mortem de bono. Abbatissa vero dicente: Det tibi deus
vitam eternam, quibus dicat Amen. Quibus peractis osculato
libro mox exeant de capitulo. ¶ Capellani et clerici eorum ad domos
ordinis divertentes a conventu secularium sequestrati loco honesto
recipiantur et receptis liberaliter ministretur. Confessiones